

V. Si Pontificalia Missarum de Sancto vel Beato ad thronum fiant, haud Tertia canenda erit, Episcopo paramenta sument, sed Hora Nona; quae tamen Hora de ipso Sancto vel Beato semper erit, eaque, ad implendam divini Officii obligationem, substitui non poterit Horae Nonae de die currenti.

VI. Quamvis Missae omnes, vel privatae tantum, impediri possint, semper nihilominus secundas Vesperas de Sancto vel Beato solemniores facere licebit absque ulla commemoratione, quae Vesperae tamen de novo Sancto vel Beato pro satisfactione oneris divini Officii recitandi inservire non poterunt.

VII. Aliae functiones ecclesiasticae, praeter recensitas de Ordinarii consensu, semper habere locum poterunt, uti, Homilia inter Missarum solemnias, vel vespere Oratio panegyrica, analogae in honorem Sancti vel Beati fundendae preces, et maxime sollemnis cum Venerabili Benedictio. Postremo vero tridui vel octidui die Hymnus "Te Deum" cum versiculis "Benedicamus Patrem...", Benedictus es..., Domine, exaudi..., Dominus vobiscum..." et oratione "Deus, cujus misericordiae..." cum sua conclusione nunquam omitetur ante "Tantum ergo..." et orationem de Ssmo Sacramento.

VIII. Ad venerationem autem et pietatem in novemsiles Sanctos vel Beatos impensius fovendam, Sanctitas Sua, thesauros Ecclesiae aperiens, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus qui, vere poenitentes, confessi ac Sacra Synaxi refecti, ecclesias vel oratoria publica, in quibus praedicta triduana vel octiduana sollemnias peragentur, visitaverint, ibique juxta mentem ejusdem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pias ad Deum preces fuderint, indulgentiam plenariam in forma Ecclesiae consueta, semel lucrandam, applicabilem quoque animabus igne piaculari detentis benigne concedit; iis vero qui, corde saltem contrito, durante tempore enunciato, ipsas ecclesias vel oratoria publica inviserint, atque in eis uti supra oraverint, indulgentiam partialem centum dierum semel quoque die acquirendam, applicabilem pari modo animabus in purgatorio existentibus, indulget.

Die 22 Maii 1912.



LE NOUVEAU DIOCESE DE GRAVELBOURG

La Constitution apostolique, qui a créé le nouveau diocèse de Gravelbourg est datée du 31 janvier 1930. Elle a été publiée dans les "Acta Apostolicae Sedis" du 3 juillet. Elle fixe comme suit les limites du nouveau diocèse, division et suffragant de Régina :

A l'ouest, la frontière entre les provinces civiles de l'Alberta et de la Saskatchewan; au sud, la ligne internationale entre le Canada et les Etats-Unis; à l'est, la limite ouest du rang 25 (à l'ouest du second méridien) commençant à l'extrémité méridionale du canton 1 jusqu'à l'extrémité nord du canton 8; de là, tournant en ligne droite vers l'ouest, jusqu'à la limite occidentale du rang 27 (à l'ouest du second méridien); puis, remontant à l'extrémité septentrionale du canton 13, et de là, allant de nouveau en ligne droite vers l'ouest, atteint le troisième méridien et remonte, suivant ce méridien, jusqu'à l'extrémité nord du canton 16; d'où, tournant encore en ligne droite vers l'ouest, atteint la